Dissertatio inauguralis medica sistens quaedam momenta de usu mercurii phosphorati Schaefferi ... / [Nikolaus Bernhard Herold].

Contributors

Herold, Nikolaus Bernhard, 1768-1806. Gruner, Christian Gottfried, 1744-1815. Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Typis Goepferdtii, [1793]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/awqmta5d

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

28520/1 DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA SISTENS QVAEDAM MOMENTA DE **VSV MERCVRII PHOSPHORATI** SCHAEFFERI QVAM RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO LO AVGV 10 DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL. CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS PRAESIDE HRIST GOTHFR. GRVNERO SERENISS. DVCI SAXO - COBVRGENSI ET SALFELDENS, A CONSIL. AVLAE SANCTIORIBVS ET ARCHIATRO SERENISSIMO DVCI SAXO-VINAR. ET ISENAC. A CONSIL. AVLAE BOTAN. ET THEORET. PROF. PVBL. ORD. FACVLT. MED. ASSESS. ET H. T. DECANO ACAD. CAES. NAT. CVRIOS. REGIAE FLORENT. AVREL. DIVIONENS. LVGDVN. ET ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTIL. SOCIETAT. MED. ET AGRAR. PARIS. MED. LONDIN. DVCAL. LAT. IENENS. ACAD. PRINCIPAL. HASS. ET OECON. BAVAR. BVRGHVS. FLESSINGENS, HAARLEMENS, ROTTEROD. RHENO - TRAIECT. ET MOSQVENS. EXCOLEND. LITTER. ROSSIC. HELVET. CHIR. MED. COLLEG. MEDIC. NANCEIANI SODALI PRO SVMMIS IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS RITE CONSEQUENDIS DIE VI. APRILIS CIDIOCCLXXXXIII. PVBLICE DEFENDET AVCTOR NICOLAVS BERNHARDVS HEROLD REVALIENSIS. IENAE, TYPIS GOEPFERDTII.

Relinquitur Cl. Candidato, quae scripsit et edidit, contra criticorum censcuras defendere,

ZALOIS JAEG

D. CHRIST. GOTHFR. GRVNER, Ord. med. h. t. Decan,



2.3

20.1

VIRO

THOMAE THEOD. FRIDER, REINBOTT

VERBI DIVINI AD ECCLESIAM LVTHERANAM ST. ANNAE PETROPOLITAN MINISTRO VT ET ORPHANOTHRO-PHEI QVOD EIVS CVRA ET AVCTORITATE FLORET

DIRECTORI MERITISSIMO

PATRVELI SEMPER PIE DEVENERANDO, CVI OMNIA FERME DEBEO FORTVNAE ET LITERARVM STATORI

QVI IN

EDVCANDO ME PATRE ORBATO PATRIS VICES FIDELITER SVBIIT

GTOR.

HASCE LEVES

PRIMITIAS ACADEMICAS

TANQVAM TENVE

PIETATIS ET GRATI ANIMI DOCVMENTVM

NE BULLYZ TH ARVO BULL CONDUMER

VERITORING AND ECCLES AND

D. D. D. D.

TOTITOTICAL DUCAL DUCAL VILLET LTOT

KI TO

OTAGEO SETAT AND OUTELTO

THE RELEASE CLARK BALL

AVCTOR.

ereunice obfer-PROOEMIVM.

in the un module Temperals at Ide veneral CON-

a der de la president deudio l'het es is de-

locing, how lease oppiler and, et a futuere in the

tie auch i ning stanieren aute bis appin i mennen

quair in a developter, a linese plot as paironas pice

dentri quilles Persile aufpique eilem mornos venercos

caftani Licolan-Diverse en Caena, Renorciennun, roe-

ollus mois de constituicitione emissionenteram, com

nore this face out. Mine, non dobiani darificonoran

some a standard of the set of a standard , dentite

uod omnibus ferme fummorum in medicina hoc norum candidatis accidit, vt anxii in eligendo speciminis inauguralis argumento paullum haereant, id mihi quoque accidiffe equidem negare non poffum. Varia vario tempore variaque fortuna meditatus fum, varia elegi iterumque posui, sicuti temporis breue spatium, ad elaborationem mihi conceffum, virium imbecillitas, argumenti grauitas, et quae reliqua funt, postularunt. Venit mihi denique in mentem aliquid de mercurio phosphorato SCHAEFFERI conscribere, cuius quae fint vires in morbos venereos, ex praelectionibus EXPERIENTISSIMI BRETSCHNEIDERI cognoueram. Plasuit vero mihi hoc argumentum praecipue ideo, quia PARS A

nec



nec tritum, nec vulgare effet, et curatio morborum venereorum, et quae ad eam pertinent, mihi statim in initio cursus academici prae ceteris arriderent, deinde quia ILLVSTRIS STARK, Praeceptor et patronus pie deuenerandus, cuius aufpiciis etiam morbos venereos curaui, Excell. Fychs et Exper. BBETSCHNEIDER, precibus meis de communicatione experimentorum, cum mercurio phofphorato inftitutorum, benigne et beneuole fatisfacerent. Hinc non dubitaui clariffimorum virorum experimenta cum meis qualibuscunque obferuatiunculis combinare, et sic aliquid de vsu et efficacia huius remedii in morbis venereis et lue venerea conscribere. Accipe igitur, a partium studio liber et beneuole lector, hoc leue opusculum, et a iuuene in arte medicinali non ea expecta, quae folummodo artis peritiffimus praestare valeat. Quod reliquum est, vale et faue. La property and the second stand

speciangies indiguralis argumente paulium haerents

il mibi anoque accidille equiders négare non pollom.

Varia vurb fempore visiaque fortuna medifalitie fein,

bium. ad elalairationshis mile von elline, milital el be-

tillitas, atgumente grächings, tel mas rolles i fant.

pollularmit. Venie idilit. denique in martem illiquid

de mercine photokorolo Staterrial el Mariberet caise

quae hat vires in maine reisercos, es presionibil

-her and service in a source of the source of the

. . . . brond size .

suit vero mihi hoe argunnatum practipee ideo, qu'a PARS

PARS PRIMA

vi in internion la parter, sanda . vonicus, themins , span-

dia cibreum deprisates, vexationes venerions et directionits

parenter viderar, Nullas eranan molelitar tina

-year individuation and reprint interior and the state of the

oborn offer in available solely are suite redo

centary at cum polica

Sta Chantel

seinen bard and sog fiftens

V fum, praeparationem et vires mercurii phosphorati.

S. I.

uit, neque rurfus apparuits, licch autilis mercusio ilto vius exter

ngens quidem et immensa est medicamentorum mercurialium farrago, et hanc nouis augere, forte superuacaneum et inutile multis videri posset, nisi id obstaret, quod nempe varia commoda, quae iam cognitis et impensius laudatis medicinis e mercurio paratis non competunt, in praeparato mercuriali nouo certissime deprehendantur. Duplex praefertim medicinae nostrae donum est, alterum, vt saporis gratia se quam maxime commendet, (sapore enim subacido haud ingrato gaudet) alterum, vt faliuationem raro procreare soleat. Plura enim grana fine metu suturae saliuationis tuto exhiberi posfunt. Secundum EXPER. BRETSCHNEIDERI observationes centum et triginta grana mercurii phosphorati, secundum methodum EXCELL. FVCHSII parati, quae sensim sensim ensime adhibuit in iuuene quodam, nulla prorfus saliuationis futurae vestigia prodiderunt. Plures etiam supersunt huius mercurii vires, quo-

rum

rum ope multis iam dudum cognitis praeparatis mercurialibus palmam praeripere videtur. Nullae omnino moleftiae eius vsum internum sequuntur, nausea, vomitus, tormina, appetentia ciborum deprauata, vexationes ventriculi et digeftionis, lassitudo corporis, reliqua, frequentiores praeparatorum mercurialium comites, in eius vsu plane desunt, si iusto modo praeparatur, iusto tempore, neque maxima statim ab initio dosi aegrotis exhibetur. Vnicus molestiae fensus, qui, licet rarius, post eius vsum crebriorem obseruatur, est amoena titillatio in abdomine, quae vero, adhibitis quibusdam purgantibus medicinis, illico ceffare folet. Obferuaui praecipue hunc haud iniucundae titillationis fenfum in iuuene quodam exanthemate venereo in facie, collo et scroto laborante, cui sensim grana septuaginta mercurii phofphorati exhibueram. Incepit is ftimulus a regione vmbilicali abdominis, et vsque ad genitalia externa fe extendit. In initio, cum hoc aegroto molestiam non afferret, non attentione dignam leuem affectionem ceníui; at cum postea aegrotus a quauis dosi mercurii assumta affectionem fortiorem reddi diceret, lene antiphlogisticum exhibui, quo statim cessauit, neque rursus apparuit, licet rursus mercurio isto vsus effet aegrotus. In femina quadam octoginta mercurii granis adhibitis idem obseruaui. Non audeo huius phaenomeni caussam explicare. - Idem quoque in aegrotis observasse mihi dixit Exp. BRETSCHNEIDER, qui mercurium huncce multis aegrotis exhibuit; breui enim tempore plures vncias in pharmacopoea Wilhelmiana paratas confumfit. Si vero iufto maior dofis exhibetur, ante dicta mala, nausea, vomitus etc. quidem apparent, fed facile remoueri, fi forte incidant, rurfus poffunt; Id quod ex observationibus in altera dissertationis parte prolatis elucescit.

4

§. 11.

Ad vires medicinales huius egregii mercurii quod attinet, praecipue in morbis fyphiliticis infantum, in primis in exanthematibus



matibus et morbis cutaneis, effectus haud spernendos edere folet. Tuto et leniter, si iusto modo et copia adhibetur, operatur. Externe quoque in vlceribus venereis, vlcufculis oris et labiorum, nec non in penis glande, et id genus aliis vitiis, nec non in morbis cutaneis, egregie profuisse huncce mercurium faepius vidi. Commendatur praeterea ab Exper. SCHAEFFERO in variis a morbo venereo ortis malis *), in ophthalmia, capitis dolore, exoftofi, ani genitaliumque excreicentiis, rheumatifmis etc. Praeter vim antifyphiliticam vero egregia vi humores viscidos resoluente gaudet. Id quod mihi aliquoties obseruare contigit. Hinc ab EXPER. SCHAEFFERO in morbis fcrofulosis, infimi ventris glandularum obstructione, oculorum morbis variis grauibus, v. c. panno, cataracta, gutta ferena releius vsus commendatur. Neque vero eius coniecturas inanes fuisse, quaedam pericula cum eodem mercurio facta me abunde docuerunt. Lenem diaphoresin sub moderato eius vsu saepius produci, nec non varia corporis humani organa excretoria fiimulari certiffimum mihi videtur. Id quod etiam ex observationibus annexis egregie probatur.

variaque alia în praepresadi neihodo mutanit, Adir Vicum Erescu, stque, vt mih? p.III ... liquen patriaceret, rogan

tatium.rubrum, vrpote palititiem et minoris pretify ladliffair,

Optima ratio mercurium noftrum exhibendi mihi videtur, fi in aqua fontana defiillata foluatur, et fic per cochlearia aegrotis porrigitur. Si ad drachmam dimidiam in aquae fontanae defiillatae vnciis quatuor folueris, duo cochlearia folutionis tuto binis vicibus die quoque exhiberi poffunt. Dofin fenfim augeri et ante primas vias purgari debere, per fe patet. Addi etiam fecundum Exper, Schaefferi mentem huic folutioni grati faporis ergo aliquid facchari poffet. Reliquae vero formae, qui-Ma

*) De mercurialibus quibusdam pharmacis eorumque praecipuis virtutibus auctore Io. Adam. Matth. Schaeffer, Lipfiae 1790. bus mercurium luum aegrotis exhibet, sequentes esse videntur. In pilularum formam vnam partem mercurii cum nouem partibus micae panis albissimi redigi posse l. c. pag. 20. ait: Praeterea in bolo, trochiss, pilulis mercurium exhiberi posse, idem auctor est. Ego vero, cum mercurium istum semper in solutione aegrotis propinaui, et quidem sine faccharo, de harum formularum vsu magis aut minus commodo nihil certi dicere possum.

6

sones inden vedtris garduisrum obdructione, oculorum mor-

res villion resolution gaudet. id quod mini aliquoties obier-

Quod attinet ad praeparationem mercurii phosphorati, quo cum observationes, quarum hic loci mentio facta est, institutae funt, hoc in primis notandum est, non vnam eandemque praeparandi merhodum, quam SCHAEFFERVS praeseripsit, locum habuille. Excellentissimvs enim Professor Fychs, cuius sub auspiciis in pharmacopoea Wilhelmiana praeparatus est mercurius phofphoratus, mercurii calcinati loco mercurium praecipitatum rubrum, vtpote parabilem et minoris pretii, adhibuit, variaque alia in praeparandi methodo mutauit. Adii Virum ExCELL. atque, vt mihi praeparationem patefaceret, rogaui. Quod etiam, qua est humanitate, mihi non denegauit. Prius vero, quam hanc defcribam, Schaefferianae praeparandi methodi mentionem facere non ab inftituto alienum duco, partim, quia non omnibus forte ad manus est differtatio, partim, quia fic statim primo intuitu variae methodi posfunt inter fe conferri et ex aequo diiudicari. Defcribit praeparationem Exp. SCHAEFFERVS fequentibus verbis 1. c. pag. 19. feq. "Requiri-", ritur ad eius praeparationem puristimum phosphori acidum, Gah-"niana merhodo ex offibus separatum, vel ex inspisata et in micro-",cosmicum sal mutata vrina productum et deinde in vitriformem "massam fusum. Illius igitur acidi in puluerem redacti vncia vna "diffoluitur in aquae communis distillatae et ad ducentesimum circiter fcalae Fahrenheitianae gradum calefactae vnciis fex vel octo, fil-,tratur



"traiur deinceps haec solutio et commiscetur cum hydrargyri perse "praecipitati drachmis sex. Solutio calcis arenae balnei calore adiu-"uatur, et, si acidum coniunstionem cum ea inierit, lixiuiumque fere "prorsus limpidum rursus fuerit redditum, illud aquae destillatae "unciis quibusdam dilutum per bibulam chartam colatur, tandem-"que in siccum sal conuertisur." Hactenus ille.

. IV. Chem Carriforne muter willing praecipitature ruber minio eff

NANC vero Excellentissimi Fychsii praeparatio erit mihi nominanda. En ipfius verba! "Quum Exper. SCHAEFFE-"Rys nuperrime mercurii phosphorati praeparationem dedit, eum-"que maxime commendauit, at mercurius pe se praecipitatus taedio-"fam atque laboriofam praeparationem requirit, cogitaui mecum, 22an non etiam aliud praeparatum e mercurio adhibere possimus. "Venit tunc mihi in mentem mercurium praecipitatum rubrum adhi-"bere. Recepi igitur Zvj. acidi phosphori ex osfibus methodo Richte-"riana parati *), solui in 3xvj. aquae destillatae, et cum hac solutione "coquere coepi Zxiij. mercurii praecipitati rubri ad refiduum tertiae "partis huius Solutionis, tandem filtraui per chartam emporeticam ,albam. Id, quod in filtro remanebat, erat pondere ziiii B. folutionem "vero filtratam ad siccitatem enaporani, et recepi zvj. Jalis sicci, arscano Fri ratione formae persimilis. Pluries hoc experimentum "peregi, et femper idem euentus fuit. Quum vero phuries mercurium "phosphoratum paranerim, liceat mihi quaedam addere, quae ad "optimam praeparationem necessaria videntur. "

,I. Acidum phosphori ab omni terra calcarea liberum effe debet."

"II. Aqua, qua acidum phosphori soluitur, esse debet purisi-"ma, quia aqua non destillata ob terram calcaream, quam , fere

*) Richter, über die neuesten Gegenstände der Chemie, Breslau und Hirschberg 1791. S. 54. §. 84.



"fere continet, iterum decomponere potest hoc sal, ob maio-"rem affinitatem terrae calcareae cum acido phosphori.."

- "III. Vafa, quae ad huius medicamenti praeparationem omnium "optime adhibentur, funt vitrea vel murrhina, quia in ter-"reis semper aliquid deperditur."
- ; IV. Cum saepissime mercurius praecipitatus ruber minio est ,,adulteratus, necesse erit mercurium praecipitatum rubrum ,,aceto destillato prius exspissari, et videre, acetum inde ,,dulcem acquirat saporem, nec ne."

mini nominitada.

- "V. Mercurius phosphoratus si aegro propinatur, sit aqua de-"stillata solutus, in qua facillime soluitur, nec adiiciantur "corpora, quae eum decomponere possunt. v. c. terra aut "acida, quae maiorem habent affinitatem ad mercurium, "v. c. syrup. acetos. citri."
- "VI. Ex antecedentibus facile perspicitur, 3vj. acidi phosphori "soluisse 3viijs. mercur. praecip. rubri."
- "VII. Etiam mercurii praecipitati rubri loco mercurium ex acida "nitri falis Pri ope praecipitatum et rite edulcoratum, seu "quod idem est, mercurium suscum WVRZII adhibere possu-"mus, at mercurius phosphoratus hac methodo paratus, non "albo colore gaudet, sed potius ad suscum seu nigrum serme "colorem accedit"
- "VIII. Tentaui etiam mercurium phosphosatum praecipitatione "parare. Praecipitaui solutionem mercurii in acido nitri "ope acidi phosphori in aqua destillata soluti, et accepi pul-"uerem album. Dubito vero, an hunc puluerem in aqua "destill. soluere possimus. Etiam, vt recte ait Cl. HAGEN*), "solutio-
- *) Lehrbuch der Apothekerkunst, 4te Ausgabe. Königsberg. 1792. B. 2. S. 309. §. 454.

8



observationes quasdan de mercuri phospho-

rati the in vieries morties venerais at anthes-

Vuss mecum Int. Streng et Expar. Burtschautoen obleruntiones benfusie communicatust, nullo trado immetani ufed formunado ex germanica or letimeta lleguera traduut.

Puer quidam duos annos es direidium, a fana matre fener

natus nutrici, ve videbatur, integra valetudine presiene ed , la landum tradit e, tribus aut quezuor poli natum bellocatedibas in ormibus fremo plich cutin fifent ligne, bi ore capiofis aphthis pellatim otorem fetrancious adectus, continuum edi-

Be mitrice inflic ob vium medicasteritorum, przecipue decodi lighorum, clendi furmi felpicio radi venerel orican, franc non fallam vel vanach fald. a medico-inflituta nutricis exploratio probatilt, Qua remeta, alla nutrix electa ell, quae copiofo facte, valtu magis fano et visido et allis honse nutries dotibus preedita fait. Puer nunc qui con laste creuit, et ex

B

parte valuit. fed exconistiones non celligunt.

dit vagitum.

PARS

dans alits.

Obfirmation Lei emergen suchen or ster s

Infants

"Jolutionem mercurii in acido nitri salis microcosmici ope, "vel cum soda phosphorata praecipitare possumus Quam-"quam hac methodo eum nunquam paraui. Hastenus VIR "Excellentissimvs." Nunc vero id, quod antea de efficacia mercurii phosphorati dictum est, quibusdam observationibus medicis fulciendum mihi videtur, vt certior ab experimento fides st.

"Excellent ussimvs." Nune vero id., quod antea de PARSALTERA, obfequationibus medicis fulciendum mini idecur,

and a second of the second and the second

neel enni fosia phofobreatu praespitare pafrunte "Quem-

10

PARS

si fistens alieque da roitune

observationes quasdam de mercurii phosphorati vsu in variis morbis venereis et quibusdam aliis.

Quas mecum ILL. STARK et EXPER. BRETSCHNEIDER obseruationes beneuole communicarunt, nullo modo immutaui, sed solummodo ex germanica in latinam linguam transfuli.

Observatio I.

Puer quidam duos annos et dimidium, a fana matre fanus natus, nútrici, vt videbatur, integra valetudine praeditae ad lactandum traditus, tribus aut quatuor post partum hebdomadibus in omnibus ferme plicis cutis intertrigine, in ore copiosis aphthis pessimum odorem spirantibus affectus, continuum edidit vagitum.

De nutrice nunc ob vsum medicamentorum, praecipue decocti lignorum, clandestinum suspicio mali venerei oritur. Hanc non falsam vel vanam fuisse, a medico instituta nutricis exploratio probauit. Qua remota, alia nutrix electa est, quae copioso lacte, vultu magis sano et viuido et aliis bonae nutricis dotibus praedita suit. Puer nunc quidem laete creuit, et ex parte valuit, sed excoriationes non cessarunt.

Infans



Infans XXX. et quod excurrit hebdomades natus erat, cum illum primum viderem; Corpore robufto gaudebat, oris vero ambo anguli erant excoriati, corrofi et crusta pingui tecti, sanae cutis margines eminentes, plicae axillares et inguina intertrigine obfessa, collum maxime excoriatum, a perinaeo ad os facrum vsque, veríus nates et anum, fungum exulceratum cum noanullis crustis referebant. Margines fanae cutis eminentes condylomatibus confpersae erant. Odor maxime naufeofus, odorem vere fyphiliticum prodebat. Vagiente aut scalpente cutim misello, sanguis profluxit, et oris anguli vulnerati funt. 111 25 1111 175375 Freene moque can I

Ex his igitur fymptomatibus morbum a caufa venerea vere ortum effe conclusi. Nutricem ergo, illius lac et genitalia accurate examinans, nihil inueni, quod suspicionem morbi venerei mihi procreare potuisset Praeter quasdam puftulas mammae et papillae prurientes nonnunquam inflammatas, integre valuit, i a praeterea vixit, vt nulla diffolutae vitae macuia de ea existeret. Mammarum igitur et papillarum morbum a puero prima nutrice infecto ortum effe putaui.

Nutrici et puero remedia antifyphilitica exhibere decreui, primum vero foli nutrici ista propinaui, vt. an per lac puer sanari posset, cognoscerem. Ptisanam ex stipitibus dulcamarae, Iuniperi et althaeae compositam, et quouis die mane et vespere granum vnum calomelis propinaui. Per octo hebdomadas remediis continuatis, morbus infantis aliquantifper mutatus et melior ex parte redditus eft. Quo facto, puerum a mamma remouendum, balnea tepida e furfuribus exhibenda et quouis tertio die drachmam dimidiam vnguenti Neapolitani, quoniam medicamenta affumere noluit, infricandam curaui. Melius quidem post mensem se habuit puer, at continuato vsu horum medicamentorum morbus nullo modo ceffauit.

Paren-

B 2

in "distant house maloren ap-

par sit,

II

villent page familie.

Parentes nunc per aliquod tempus remedia nulla adhibuerunt, creuit puer, robustus fuit, pedum vsum didicit, in ore quidem nunquam ceffauit malum, in natibus vero faepius exficcata est excoriatio. At paullo post rediit malum. Parentibus auxilium rurfus rogantibus, mercurium cinereum HAHNE-MANNI puero propinaui, cuius fenfim drachmam dimidiam accepit. Morbus vero nullo modo ceffauit. Tandem periculum cum mercurio phosphorato facere volui. Scrupulum vnum in vnciis quatuor aquae rubi Idaei folui, et cochlear vnum mane et vesperi quouis die exhibui. Qua dosi per octo dies continuata, fenfim exficcari cutis coepit. Tribus nunc vicibus cochlear vnum puer fumfit. Externe quoque cum ifta folutione partes adfectas lauandas curani. Quibus adhibitis, celeriter valetudo fecunda reuerti visa est. De falutari mercurii phosphorati vi certior facta mater, me início, per aliquot dies cochlearia quinque vel fex quotidie puero dedit. Quo factum eft, vt grauis diuresis, vomitus et alui crebriores deiectiones orirentur. Tria cochlearia rursus quotidie assumere nunc iusiu meo debuit. Quatuor hebdomadibus praeterlapfis, vlcera exficcata et puer fanitati est restitutus. In ore quoque, vbi antea malum maxime fuit pertinax, nullum amplius morbi vestigium, praeteritis iam post fanationem quatuordecim hebdomadibus, apparuit. Absoluta morbi fanatione, per sex ad octo hebdomadas adhuc cochlear nonnunquam puero porrigebatur.

D. STARK.

Observatio II.

Femina XLII. annos nata, adhuc mensibus praedita, sed a primis pubertatis annis veneri dedita, praeter fluorem album semper praesentem, cuius acrimonia molestias haud leues procreauit, interdum quoque colli et inguinis glandulis tumidis, vlcusculis venereis et id genus aliis laborauit. Adhibitis quibusdam remediis, mihi incognitis, alterum horum malorum apparuit,



paruit, alterum disparuit. In pedibus et manibus impetigines, denique in vola manus rhagades accefferunt. Primum manus plicae farinae fimili polline tectae et squamofae fuerunt, poftea vere fillae funt, faniemque male olentem fuderunt, et vlcera parua formarunt. Varia repellentia et ficcantia remedia, quid? quod ipfum mercurium fublimatum corrofiuum fruftra adhibuit. Cum vero vlcuscula oris redirent, oris labia finderentur et vlcerarentur, me adiit auxiliumque petiit. Praeuio remedio purgante, decoctum maluae cum radice graminis et mercurii phosphorati drachmam dimidiam in aquae rubi Idaei. vnciis quatuor folutum illi propinaui. Dofis huius folutionis erant quotidie duo cochlearia. Per octo dies continuauit vsum mercurii phofphorati internum. Quibus praeterlapfis, lauari eadem solutione partes affectas iusli. Tribus hebdomadibus praeteritis, omnia mala plane ceffarunt. Post curationem feliciter finitam octodecim iam hebdomades funt praeterlapfae, neque vllum rursus luis antegressae vestigium rediit. Aeri, durante curatione, se faepius exposuit, licet nonnunquam is non optimus effet. Ad diaetam quod attinebat, cibos tenaces, fale conditos, potus spirituosos et exaestuantes vitare debuit, coffeam vero et cereuisiam sine vllo incommodo potauit.

Potuissem quoque tineae capitis a causa venerea ortae, omnibus adhibitis remediis resistentis, mentionem facere, quae feliciter mercurio phosphorato persanata est. Quod reliquum est, hocce remedium in morbis venereis cutaneis plus, quam reliqua remedia antisyphilitica essicere videtur.

D. STARK.

10.11

Obfernatio III.

Iqua Contas, defillatae fiv.

Iuuenis quidam viginti tres annos natus decimo post coitum cum impura femina die, dolorem vrentem et nonnullas pustulas versus frenulum in glande penis sensit. Die vero B 3 fecundo

secundo blennorrhagia venerea apparuit. Adiit chirurguna quendam, et ab eo auxilium petiit. Hic, adhibitis quibusdam clyfmatibus, externe fomentationes ex lacte et mica panis albiffimi, interne vero mercurium fublimatum corrofiuum adhibait. Ceffauit quidem ex parte dolor, at cum paullo post aeger equo veheretur et tempestati maxime frigidae se obiiceret, dolores non folum maiorem in modum aucti, sed et vleuscula in penis glande maxime deteriora reddita funt. Acceffit tumor glandulae inguinalis finistrae, dolore aegrotum vehementissime excrucians. Remediis maturantibus adhibitis, in suppurationem bubo transiit, dyfuria venerea vero, nec non chordasmus denuo aegrotum dolore maximo affecerunt. Nunc a me confilium aegrotus petiit. Inueni in finistro latere vlcus longitudine duorum pollicum et quod excurrit, vulneris labia a chirurgo duabus vicibus scarificata eminuerunt, fundus vero nigricauit. Vlcuícula in penis glande, vt vulgo effe folent, fe habuerunt. Purgaui vulnus fequente folutione mercurii phofphorati:

- Aller

 β. Mercurii phofphorat. 3β. folue in Aqua plantaginis žjv. adde Mellis rofarum žjβ.
M. D.

Primis viis aqua laxatiua Viennensi purgatis, interne mercurium phosphoratum sequenti modo exhibui.

> B: Mercurii phofphor. gr. xxjv. folue in Aqua fontan, deftillatae živ.

M. D. S. Täglich 4 mal, jedesmal einen Esslöffel voll zu nehmen.

Diebus quatuor praeterlapfis, fex cochlearia quouis die aegrotus fumfit, et fimul ptifana ex radice faponar. gramin. Althaeae, fl. Maluae etc. potus ordinarii loco vius eft. Quouis uis die vulnus ante nominata folutione mercurii purgatum, linteo carpto expletum, et emplastro diachylo simplici tectum est. In labiis antea duris nunc maculae albae apparuerunt, quae mox confluxerunt et pus bonum reddiderunt. Vlcuscula in glande penis eadem solutione quater et saepius purganda curaui. Qua methodo per quatuor hebdomadas continuata, omnia ista vlcuscula disparuerunt. Peius vero se glandulae inguinalis vulnus habuit. Labia quidem, vt dictum est, salutare pus suderant, sed ex vulneris fundo santes subuiridis tenuis exiit. Miscui cum solutione mercuriali insufum Sabinae, et linteo carpto applicaui. Primis quidem diebus dolores haud exiguos id aegroto procreauit, sed in dies suppuratio felicius successit, et dolores funt mitigati, ita vt spe citius fanitati se suitati su

Observatio IV.

D. BRETSCHMEIDER.

Femina viginti tres annos nata, viro fano et robufto, quem odio habuit, nupfit, amicos vero veteres adhuc amans, a quodam illorum post gaudia noctis fluore albo donata est. Anicularum et empiricorum confiliis vfa, vlcufculis venereis in labiis externis. herpete in mamma dextra adfecta eft. Grauidam vero dum se sentiret, remedia nulla, excepto decocto auenaceo, quo genitalia purgauit, adhibuit. Apparuerunt vero post aliquot hebdomadas pustulae rubentes purpurae fimiles Nunc me aduocauit. Facies tumida erat, et in finistra mamma maculae fubliuidae, genitalia vero paullo post eruptionem exanthematis ita intumuerunt, vt nullo modo posset ambulare. Quinto grauiditatis mense se versari aegrota putauit. Dubitaui quidem in initio, an interne mercurium statim adhiberem, revero curatius deliberata, conclusi mercurium phosphoratum exhibere. Antea primas vias puluere rhei purgaui. Quo facto, drachmam vnam mercurii phosphorati in 3jv. 'aquae fontanae folutam per cochlearia aegrotae propinaui, ita, vt primis

primis diebus tria, postea vero quatuor cochlearia, et quouis die mensuram vnam ptisanae, cuius antea mentio facta est, sumeret, externe genitalia aqua vegetominerali GovLARDI lauari curaret. Remoto squalore, inflammatio et tumor ex parte cestarunt. Postea mercunium phosphoratum, vt in antecedente observatione, aquae vegeto - mineralis loco adhibui, et vaginam eadem solutione sphonis ope quater quouis die purgandam curaui. Mammam vero vtramque solutione mercuriali faepus lauauit. Hac methodo per mensem continuata, praeter quoddam profluuium lymphaticum omnis acrimoniae expers, fanitati restituta est. Remedia ad profluuium istud remouendum recusauit. Sponte cessauit. Puerum fanum peperit, in quo nulla prorsum morbi vestigia adhuc septimestri detegi possunt, corpore robusto et valetudine secunda gaudet. —

D. BRETSCHNEIDER.

Observatio V.

His praemiffis, liceat meas qualescunque observationes fubilcere. Foemina XXIII. annos nata, antegreffis male curata blennorrhagia et vlcusculis exiguis in monte veneris et femoribus, maculis albis in faucibus orisque labiis affecta eft, quae sensim callosae redditae laticem male olentem fuderunt. Vomitu antegrefio, fisiurae exiguae in labiis oris apparuerunt, et labia maximopere intumuere. Accellit nunc febris. Potionibus mucilaginofis adhibitis, nec non quibusdam clyfmatibus, cellarunt molimina febrilia. Exhibui nunc mercurium phosphoratum methodo ante dicta interne, externe vero collutoria ex fcrupulo vno mercurii phosphorati in vnciis quatuor aquae fontanae foluti, cui aliquid mucilaginis feminum cydoniorum addidi, applicanda ter quater aut pluries die curaui. Per dies octo neque melius, neque peius aegrota se habuit. Augendam effe dofin putaui, collutorium igitur septem vicibus die et solutionis marcurialis quatuor cochlearia exhiberi mandaui, Quo facto, fpe

spe citius omnia symptomata meliora reddita sunt, ita, vt tertia hebdomade integrae valetudini aegrota fit restituta. Me inscio, sex cochlearia quouis die, et quidem duo vna vice, sumsit. Diarrhoeam inde ortam cortice angusturae sedaui, dum potiones mucilaginofae nihil plane efficere videbantur.

Observatio VI. init autreur antestus parties

elist, hirenan icesis

Virgo octodecim annos nata, per integrum annum de dolore in scapula sinistra questa est. Doloris vehementia interdum ita aucta est, vt musculi faciei spastice contraherentur, angulus oris finister versus aurem finistram saepius duceretur. Externe nihil ruboris, nihil tumoris detegi potuit. Lenem digiti inpressionem in scapula fine notabili doloris augmento fustinere potuit. Catameniorum fluxus parcus quidem, sed iufto tempore reuertens obseruatur. Macilentus praeterea corporis habitus erat, et id a prima iuuentute fic fuisse mater narrauit. Vrina erat tenuis et pallida, nihilque crassi sedimenti, neque extra, neque intra paroxysmum monftrauit. integrum annum setacea et immensam medicamentorum resoluentium farraginem adhibuit. Fuit vero eadem valetudinis ratio, quae in initio. Post stillicidium vero a medico adhibitum, dolores maximopere aucti dextram mammam occuparunt, et quidem, ficut in scapula, fine tumore et rubore vllo. Quo facto, nulla remedia amplius adhibere voluit, et miferam per tres hebdomadas vitam egit.

Matrem rogaui, vt vnicum faltim remedium adhiberet, quod demum mihi concessit. Mercurius dulcis et mercurius fublimatus corrofiuus fine fructu adhibiti externe et interne fuerant. Purgaui ergo primas vias, et exhibui quatuor cochlearia quouis die eiusdem solutionis mercurii phosphorati, cuius in observatione secunda ILLYSTRIS STARK mentionem fecit, et cum

cum eadem partes affectas lauandas saepius die curaui. Naufeam primis diebus folutionis viu percepit aegrota, haec vero post diluentis et mucilaginofae ptisenae vsum ceffauit. Laeta virgo post XII. dies doloris diminutionem mihi narrauit, at de malo vrinae frequentioris odore, quae allio fimilem odorem fpiraret, questa est. Color vrinae pallidus, sedimentum vero copiofum, craffum et ex cinereo albidum, odorem maximopere nauseofum, hircinum ferme praebuit. Sic sensim sensimque dolores decreuerunt; Cum vero diarrhoea ex crebriori mercurii viu oriretur, rurfus aucti funt. Qua fedata, rurfus bene se habuit. Iam, dum haec scribo, excepta debilitate quadam in brachio finistro, optime valet, et officiis suis domeficis laeta fungitur. - Num haec affectio venerea fnerit, nec ne. certissime dicere non possum. De matre quidem non optima fama erat, de filia nihil comperi. Epicrifin huius morbi viris eruditis lubens relinquo. -

Reftant quidem plures de mercurii huius egregi víu observationes, sed temporis angustia breuesque instituti limites finem imponere operi iubent.

and a start and a start when a start when the start a start a start and


. States with and another a

THESES.

18

T H E S E S.

- I. Non folum renum officio, sed etiam alia via vrinae secretionem a natura perfici probabile videtur.
- II. Experimenta probant, miasma venereum non acidae indolis esse posse.
- III. Iniectiones in primo et secundo gonorrhoeae virulentae stadio instituendae sunt.
- IV. Febris maligna non format speciem propriam, sed potius attributum plurium febrium est.
- V. Apoplexiae divisio in serosam et sanguineam est absurda.
- VI. Bubo venereus resolutione est sanandus.
- VII. In excrescentiis venereis internus mercurii vsus necessarius est.



ORDINIS MEDICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI

H. T.

DECANVS

D. CHRISTIAN. GOTHFRID. GRVNER

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC DOCTISSIMI

MEDICINAE VTRIVSQVE CANDIDATI

NICOLAI BERNARDI HEROLD

REVALIENSIS

A. D. IV. APRILIS CIDIDCCLXXXXIII.


HABENDA INDICIT

Praemittitur

Facultatis medicae Marburgenfis de conuulfione cereali responsum

IV.

IENAE, LITERIS FIEDLERIANIS,



Nach dem auch folche gifftige materien einen Ort am Leibe inhaben, darnach verhelt fich auch folch ziehen, vnd fo fie im Haupt vnd Hirn jren fitz hat, wie offtmals gefchicht, dieweil fie da daßen fchnell die fpinalem medullam vnnd vrfprunge der Nerven berüren kan, fo zeucht es fchnell vß auff ein mal den gautzen Leib mit alle gliedern. Sitzet fie aber in Händen, oder Fülfen, auf einer feiten allein, oder auff beyden zugleich, oder fonften in einem glied des Leibs, fo fenget fie dafelbften folch kriblen vnd ziehen an, da fie fitzet, vnd treibet oder continuiret folches fort, bifs es entweder die materi verzehret, oder bifs es diefelbige in den gantzen Leib fortgetrieben, vß deffelbigen glieder alle in folchen affect mit einbracht.

Bey diefem strecken vnnd ziehen ist ein graufamer unleidlicher fchmertz*), welcher die Krancken deromassen martert vnnd quelet, dafs sie elendiglich vnd laut russen v fchreyen, dafs man vor jamer nicht wol vmb sie sein kan, vnnd solch jamerlich geschrey in Dörssern wol vber das 8. oder 10. Hauss, oder im Felde gar weit hören muss, russen vn begeren gemeynlich, dass man die zufamen gezogene glieder aussdehnen vnnd strecken, oder aber die gespannete vnd verstarrete glieder wider krüm-A 2 men

*) Dolorem etiam omnes nominant et describunt vehementissimum, ab reductis membris paullum remittentem, sed tempore, loco et vehementia mutabilem, men wölle. Dann fo folches geschicht, duncket sie, der schmertz werde gelindert. Vund nach dem die vrsach die Nerven rühret, duncket die Krancken, dass es jhnen so kalt, wie eiss kalt Wasser, oder aber mit solcher hitz, als ob sie es brenne, den Leib vberlaussen. Wie dass auch deren viel zugleich ein trefflich hitz *) und Feber darneben ankompt.

Es kompt fie auch *folch ziehen offtmals* fo *fchnell* **) vnd vnverfehns an, dafs etliche vber Tifch, Meffer oder Löffel, fo fie eben gefaft gehabt, fallen laffen, vnnd zu boden gefuncken, etliche aber an Pflügen im Felde, oder auch im Holtz darnieder gefallen, da fie fich doch zuvor gar nicht vbel befunden, noch fich deffen vermuthet gehabt. Viele, wenn fie die fchwacheit erft ankompt, vomiren fehr hefftig, meiftlich Wälferige fchleim vnd zähe materien ***), klagen aber doch nicht vber wehetagen im Leibe.

ny affin sust fay doileibaste of

Solche

- *) Calor vagus et mere spasticus rarior (HERMANNI p II.) erat, hinc pulsus paruus, tardus, intermittens et praedebilis (TAVBE p. 100.), crebrior et aptior horror.
 - **) Ad amulfim respondet maiorum experientiae WICHMANN et TAVEE (l. c. p. 108, seq. n. 7.)
 - ***) Cardialgiam appellat WICHMANN (p. 7.) et HERMANNI (p. II.), anxietatem praecordiorum et vomendi cupiditatem TAVEE (p. 100. et 106.), a vomitu humoris vifcidi malorum alleuationem.

Solche fchwacheit, wann fie in gliedern anfanget, bleibet fie alfo ein zeitlang allein in den gliedern, vi fichtet fonften das Hnupt nicht an, vnd dauert alfo 6. 8. oder 10. tage, vnd bey etlichen auch wol etliche Wochen, vnnd Monat. Wann aber in deffen den Krancken nicht hülff geschihet, so greifft es das Haupt auch an, vnnd kompt endlich zu, oder auff folch kriblen vi ziehen die schwere Kranckheit oder Epilepsia *), mit schen heftigem werffen, toben und schlagen, vnnd so bald sie folchs haben, fühlen sie alfsdann oder vernemmen nichts mehr, wissen auch von nichts, so ihn in dessen begegnet; wie deren dann etliche ins fewr gefallen, vnnd elendiglich verbrennet, von welchem allen, wann sie wieder zu sich felbsten kommen, sie doch gar uich gewust, oder gefület.

Auff folchen paroxifmum *ligen* etliche 6. oder 8. ftunde vnd lenger *für tod*, ohne einige regung, als in einem paroxifmo apoplectico, dafs man deren etliche hat begraben wöllen, auch begraben hette, wañ fie die fchwacheit nicht abends fpät ankommen were, vnd man fie der nacht halben hette ohnbegraben ligen laffen, welche doch hernacher fich wider ermuntert, vnnd zu fich felbften kommen feind. Etliche bleiben gar *vnrichtig im* A 3 Haupt

*) Epilepfiam maxime vidit in infantibus verminofis WICHMANN p. 16. in adultis rarius ac demum post ceteros motus conuulfiuos TAVBE p. 121. seq. femper iudicatam abactis vermibus vel papulis in cute efflorentibus.

5

Haupt *), erzeigen fich aber doch mit vnderfcheidlicht af. fecten, dan diejenige, fo pituitofa cerebri difpofitione behafftet, werden gar in einem tieffen fchlaff 1. 2. oder 3. tage ligendt behalten, Oder werden faft amentes vnd wahnwitzig **), dafs fie jhre difcretion gar verlieren, vnnd die Speifen, fo fie aufs hunger fordern, in koth ftrewen vnd werffen, laffen allen vberflufs vii vnflat des Leibes, ohn einige fchew oder fcham in die Stuben vnnd Gemach, dariji fie find, von fich gehen, vnd legen jhre Kleider, oder was fie kriegen, dariji, vnd folchs bey einem je hefftiger als beim andern, nach dem die frigida cerebri intemperies, oder frigidi ac pituitofi humoris copia grofs oder klein bey jnen, oder von gifftigem dampff alteriret ift, vnd diefe wahnwitz wehret auch bilsweilen 3. oder 4. tage, bifsweilen aber fehr lang.

Seind fie aber Melancholici, vnnd haben dicke melancholifche dämpffe ins Haupt gefaffet, fo werden fie forchtfam, erfchrecken fehr im fchlaff vnd wachen, wöllen gern allein fein, vnd wañ fie können, fo entlauffen fie nackend oder im Hembd ins Feldt, in Wälde, Holtz, oder offt auch ans Waffer, vnd komen von fich felbften nicht wider, fondern, damit fie nicht erfrieren, oder ins Waffer

*) Haec mentis vitia etiam memorant WICHMANN p. 20. TAVEE p. 123. feq. HERMANNI p. 12. et HOFFMEYER p. 5. ab materia fuperante vel confenfu neruorum et affectione communis fentiendi inftrumenti oriunda.

6

Waller kommen, muls man fie fuchen; und mit fondern liften beschleichen vnnd wider zu haufs bringen.

Welche aber biliofi, vnd fcharff hitzig vnd verbrand geblüt vnnd dergleichen dünfte ins Haupt kriegen, die werden gantz vngedultig vnd vol zorns, fchlagen vmb fich, bilden jnen etwan ein Perfon vor, fo fie vor, fo fie vor ein Thier oder Teuffel anfehen, werden deren gar gehäffig, fluchen vnnd zürnen fehr vbel, wie dann etliche jhre Eltern oder Gefchwifter alfo zu wohn gefaft, die gar nicht leiden können, føndern gefchlagen, vnnd verfolget, bifs fie jhnen entweichen müffen. Vund feind viel mit folcher vnfinnigkeit dermaffen hefftig behafftet gewefen, dafs man fie binden müffen, ehe dann fie geftorben feind.

Was aber vnder denen vor folcher fchwacheit wol gefchaffen, vn gut temperirt geblüt gehabl, die werden zwar auch irr im Haupt, jedoch nicht alfo vnfreundlich, fondern *lachen* *) vnnd phantafiren mit leidlichen vnd dergleichen reden vnd geberden.

Vnd ob wol folche wahnwitz gemeinlich alle Krancken, nach der Epilepfia oder fchweren not ankompt, jedoch, fo werden deren auch etlich wenige alfo jrr, ehe daß

*) Talem cafum etiam narrat HOFFMENER p. 5, ex fympathiae lege quam maxime explicandum.

dan fie Epileptici, oder mit folcher schweren noth behafftet.

Diese unrichtigkeit im Haupt, wehret vnd dauert bey etlichen 3. 4. oder mehr tage, bey etlichen aber sehr lange. Wann fie aber schon vom paroxismo erlediget vnd wider zu fich felber kommen, fo gehen vnd feynd fie, als wann fie truncken weren, heben die Schenckel hoch auff, vund fetzen sie thöricht zum gang, vnnd willen nicht, was sie in wehrender vnrichtigkeit gethan haben, klagen aber doch gar vber keine schmertzen oder wehtagen, so sie im Haupt haben, oder gehabt. Nichts destoweniger aber weichet solche vnrichtigkeit selten ohne gestanck, oder schaden, sondern lässet bissweilen ein ohren sausen hindersich, vnd machet sie gar harthörig, bissweilen verdunckelt es jnen das gesicht, bissweilen werden sie zugleich vbelhörend und vbelschend, Den mehrertheil auch verderbt difs werck fo gar, dals fie keines glieds mehr mechtig feynd, fondern werden gantz contract, vnd man muls sie speisen vnd ällen, wie die junge Kinder.

Wann der paroxifmus fürüber ift, fo kriegen fie faft alle miteinander einen folchen greulichen hunger, auch hitzige geläßten, zu mancherley vnderscheidlichen Speisen, dass fie nit wol zuersettige feynd, vnd so man jhnen gnug gibt, effen fie ein vngläubliche Speis, vnnd klagen doch gar nicht, dass folche Speis jhnen im geringsten wehe thue, oder beschwerlich feye.

Wann

Wann auch die schwacheit ein weil gedauert, so kriegen sie fast alle hefftige Bauchslüße*), vund diese Bauchflüße wehren so lange, als die schwacheit dauert, vund je weniger sie zuleben oder zuessen haben, je hefftiger ist der Bauchslus, im Ansang aber haben sie den Bauchsluss nicht bald.

19

In gleichem auch fo *fchwellen* **) mit zeit der wehrenden fchwacheit, faft bey allen *die Hände vnd Fülfe*, vnd lauffen etwas auff, vnd viele vnder jhnen kriegen *an den Fingern der Hände vnd Fülfe groffe Walferblalfen* ***) vnnd wann fie die aufftechen, fo laufft viel walfers lange durch die Finger heraufs, davon aber doch der morbus nicht vergehet. Von fchwitzen aber vernimit man fonders nicht bey jhnen, wie-

- *) Talia ventris profluuia, Ted Fere fymptomatica incidiffe proditum reliquit HERMANNI p. 18 fub initio tantum falubria fcribit TAVBE p. 156. crebrior erat transitus in tabem ib. §. 19. p. 126.
- **) Neque hoc oedema manuum et pedum, imo ipfam anafarcam ignorant inter recentiores medicos WICHMANN p. 21. et TAVBE §. 18. p. 125. certiffimum cachexiae vel debilitatis ab diftentione neruorum refiduae fignum.

***) Veficas faniofas femel obferuauit WICHMANN §. 4. p. 24. faepius TAVBE p. 129. ad digitos, raro ad genua et furas, faniem flauam et fetidam plorantes, rodentes, ferpentes, tardius fanefcentes, nunquam criticas, rarifhme omnium elephantiafin, minime fcabiem, at vero gangraenam ficcam TISSOT 1. c. cadauera nigra et teterrimum odorem fpirantia TAVBE 1. cit. p. 6.

395

wiewol auch die wenigften fo bils noch fchwach feynd fo viel Kleider haben, damit fie fich des froftes erwehren, der an vnd decken zugefchweigen, damit fie den fchweifs fördern möchten.

Von Prognosticis. Das III. Capitel.

Dieweil bifs anhero die arme Leuth, vneracht fie die empiricos an allen orten erfucht, fo gar kein hülff oder rath dargegen bekommen, So feynd die Leuthe in folchen wahn vnd perfuafion gerathen, dafs fie ins gemein davor halten, dafs, wer folche fchwacheit ein mahl kriege, derfelbig deren nimmermehr wider gantz erlediget werde, fondern die tage feines lebens fich damit martern mülfe, bifs fie ihn gar verderbet, vnd endlich zum tode abgefertigt, welcher wahn dann durch die tägliche exempel fo viel mehr vnder jnen ift beftercket worden.

Dann alle die, bey welchen *die schwere not* ift *darzu* geschlagen *), haben dabevor die tage jhres lebens von derselbigen etwas behalten, vnd je vber kurtz damit wider angegriffen worden.

*) Haec quidem ex mutua conuulfionum et epilepfiae natura reliquaque propentione partium ad eandem affectionem redintegrandam. fuperaccedente cauffa occafionali, facile colligitur.

Sed

IO

Sed de his fatis. Redeundum eft ad id, quod muneris ratio poftulat, vt producamus optimum Candidatum ex fcholaftico puluere in publicum, e fubfelliis in cathedram. Qui donec apud nos commoratus eft ftudiorum cauffa, ita vixit, vt multis exemplo effe poffet, ea fuit modeftia morumque moderatione, vt integer vitae fcelerisque purus effe videretur, eam adhibuit diligentiam in addifcenda medicina, vt eius eum nunquam poeniteret. Audiamus ipfum vitae fuae curfum defcribentem!

Ego NICOLAVS BERNARDVS HEROLD, natus fum Revaliae anno huius faeculi fexagefimo oftano calendis Maii. Patrem veneror IACOBVM MARTINVM, in Gymnafio Revalienfi olim Profefforem, nunc inter coelites triumphantem, matrem vero ANNAM ELISABE-THAM e familia NOTHBECKIANA. Optimi parentes omnem adhibuerunt curam, vt in primis religionis lineis rite influerer. Patre vero Petropolin vocato, vbi ad eadem S.PETRI vices verbi divini ministri fubiit, paedagogium Petropolitanum, quod a S. PETRO nomen gerit, frequentari coepi, ibidemquem in lingua Rossica, Gallica, Historia et Geographia sedulo instructus fui. Praecipue hic Professorum, BOEBERI et BAVSII, industriam in me collocatam laudare debeo. Anno huius faeculi oftogesimo tertio Revaliam me contuli, et

TE

272

in Gymnafio, quod ibidem floret, a viris celeberrimis, WEHR-MANN, HOERSCHELMANN, GEHE et REVTLINGER, in Graecis, Latinis, Mathematicis et Historicis sedulo instructus sum. Anno octogefimo septimo Berolinum profectus sum , ibique Virum PERILLVSTREM MAYER in botanicis et physiologicis, materia medica, pathologica et physia habui dexterrinum praeceptorem. Tottantaque sunt huius viri PERILLVSTRIS in me collocata beneficia, vt et eorundem memoria, et eius benignitas nunquam ex animo possit excideres Excell. WALTHER anatomen, artem obstetriciam et physiologiam me docuit, et sub eius auspiciis cadauera humana dissecui. In pathologicis, nec non osteologicis. EXCELL. KNAPE me instruxit, EXCELL. MVRSINNA, regis Borufforum chirurgus primarius, chirurgiam manualem et artem obstetriciam me docuit, et sub eius auspiciis quoque in operationibus chirurgicis ex cadauerum sectione, nec non in praxi obstetricia me exercui. Virum PERILL. FRITZ morbos venereos explicantem audiui. EXPER. D. HERMBSTAEDT, Fautor et Patronus summopere colendus, in Pharmacia et Chemia praeceptor mihi fuit.

Anno huius faeculi octogefimo nono Ienam me contuli, et ibidem ab ILLVSTRI et EXCELLENTISSIMO NICOLAI, tunc temporis fasces academiae tenente, in numerum ciuium academicorum sum receptus. In Logicis ILL. VLRICH, in mathematicis vero Generos.

12.

rof. de GERSTENBERG vfus fum praeceptoribus. Pathologiam generalem et specialem, item medicinam forensem ILL. NICOLAI me docuit. Pathologiae, therapiae generalis et specialis, nec non Semiotices et CELSI explicationem PERILL. GRVNERO debeo. ILL. LODER in anatomia et vtraque chirurgia me erudiuit. ILL. STARCK artem obstetriciam me docuit, et sub eius auspiciis collegio clinico medico-chirurgico ducali aegrotorum lectos per integrum et dimidium annum intersui. EXPER: BRETSCHNEIDER materiam medicam, artem formulas medicinales conscibendi, historiam et curationem morborum venereorum mihi explicauit, nec non exercitationes examinatorias mecum habuit. Omnibus hisce praeceptoribus et fautoribus maximas, quas possum, ago habeoque gratias.

Nuper fecit, quod candidatorum elle maiores noftri voluerunt. Decurlo stadio, examen rite dextreque subiit, collegio nostro abunde satisfecit, et dignus prae ceteris visus est, cui via ad cathedram pateret, neque deessent amplius, quos medicina dat, honores. His confequendis dictus est dies iv. Aprilis. Iubemur more veteri vestram praesentiam et frequentiam omni, qua decet, observantia rogare, PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, S. R. I. COMITES ILLVSTRISSIMI, PATRES CONSCRIPTI, PROFESSORES EXCELLENTISSIMI, DOCTORES EXPERIENTIS-

SIMI,

SIMI, GENEROSISSIMI et NOBILISSIMI COMMILITONES, et fi qui ritus illos, quatenus perantiqui funt, nec abhorrent, nec fpernunt. Hoc enim honoris documentum CL, CANDIDATVM maximi facturum fperamus atque confidimus. P. P. Sub Sigillo Facultatis medicae a. d. II. Aprilis clolocclxxxxIII.



offent amplies, ende avel joind est honores. His coufe-

our shading There is I octure Expension of

PRANE STREAM DA GALLEN MILLEN

fobemer isore voie.



